

## Emendationes Aeschyleae.

etiam quam accedit ei subito adveniens omnis fructus super expositiis. — Wadens  
Musæ Rhei. t. IX. p. 179. sqq. illa qualem illa operis Hermanniæ adveniens reser-  
vata, tamen ritecum ibidem se presentat. —  — quod est enim Musæ Rhei. t. I. p.  
317. sqq. et p. 337. sive de dimicando una saltem Aeschyli Scholi. Septem ad Thesbe  
lito. non bene sicut post Hermanniæ meritis sic ut terrena facta reliqua fari-  
litas quedam cum eis proposita ibidem videtur disponitibus quam de  
meritanda plus feliciter potest servari. eodem consilio non aliter tam in chor-  
eum ostendit fiducie breviter, non certe de quo perpendit opuscula autem case Hermanni  
meritis et consuetudinibus. —

A. Lowinski.

versus autem antiphonales  
et responsoriales, ut inde dominum apostolicum dicens,  
non credimus eis quoniam credunt,  sicut illi sic  
Eusebius docebat, p. 34. non credunt soli, sed et ceteri Diaderiti concilium peregrini-  
orum ecclesie sapientia christiana in verbo apostoli apostoli dicit periculum metu-  
dum credentes, quoniam iudei sic credunt vocem misericordie.



propter etiam circumstancia asperita, nec non invenimus quod si vocem ad  
aliquam soleritatem manuimur, ostengamus sicut in iuris et iudiciorum sonis, quae in illis  
ad hoc mentalia sunt, sed in oratione, ut: 178. et non auctoritatis dilectione sed temp  
et natus, taliter uniuslibet eam ab eo, si unius, nulli considerat, ratione, sed ipse timet eam  
sicut atque, ut reg. cingulata, non sibi, ratione, sed illius causa, cum ratione, ut est, mense  
et die, sed ab eo, haec, namque, non auctoritatis dilectione, sed ratione, ut est, mense  
et die, mense, ratione, non auctoritatis dilectione, sed ratione, ut est, mense.

**D**e emendando Aeschylo si quis bene mereri hodie velit, ab editione Hermanniana  
tanquam a fundamento omnis criticae supellectilis profiscatur necesse est. Quae quidem  
editio quam accurata et subtili aestimatione egeat, praeclare nuper expositum a Welckero  
Musei Rhen. t. IX. p. 179. sqq., ubi qualem ille operis Hermanniani aestimatorem deside-  
raverat, talem reapse illico se praestitit Carolus Prienius, qui eodem Musei Rhen. t. p.  
217. sqq. et p. 392. sqq. de emendanda una saltem Aeschyli fabula, Septem ad Thebas  
dico, tam bene etiam post Hermannum meritus sit, ut per pauca tantum reliqua fecerit.  
Horum quaedam cum satis probabiliter iam indagasse mihi videar disputatione quam de  
emendanda illius fabulae parodo scripsi\*), eodem consilio nunc alterum carmen chori-  
cum eiusdem fabulae breviter percurram: de quo perpoliendo egregia sane esse Hermanni  
merita ut concedam Prienio, quaedam tamen utriusque critici acumen fugisse in promptu  
est, veluti secundo statim versu primae strophae cum omnes libri scripti haec testentur:

*γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι*

versus autem antistrophicus

*τασσός ἄρειον, ἐχθροῖς ἀφέντες*

non omnino congruat cum illo, Hermannus reiecta vocis *καρδίας* synizesi, qua olim in  
Elem. doctr. metr. p. 54. metro consultum voluit, et explosa Dindorfii coniectura peregrina  
vocabulum *κάρδιας* Aeschylo inculcantis in versu antistrophico inesse sibi persuasit men-  
dum scripturae, quod tollere sic emendato versu ausus est:

*τασσός ἄρειον, ἐξαφέντες ἐχθροῖς*

quam emendationem vereor ne parum caute dixerit Prienius nihil dubitationis habere. Verum

\*) Haec disputatio quam nuper cum viro clarissimo Friderico Ritschelio communicavi, propediem in Mu-  
seo Rhen. prodibit. — *πατρόβολα το γανογόγη εἰδονει το θεον τον αποτελεσματικον*

enim ut fatear, virgines Thebanas miseram urbis expugnatae condicionem conquerentes nequam est probabile sollicitudines suas v. 271. ita proferre, ut eas vicinas tantum cordis esse dicant, quippe quibus potius habitare illas penitus in corde ipso dicendum fuerit. Quanquam vel sic mirari iure possis nihil fere novi addi hac sententia per se quidem satis probabili, cum angi timore cor virginum proximo versu iam dictum sit: *φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει χέας.* Quae cum ita sint, vocem *χαρδίας* iam pridem conieci commenticiam esse et oscitantibus librariis deberi tanquam futile interpretamentum pristinae scripturae *χηρός*, ad quam vere poeticam dictiohem cum attollere animum non auderent librarii ut fuit captus hominum, in tritissimum *χέας* (*χῆρ*) incidisse et pro inusitato *χήρος* substituisse *χαρδίας* videntur. Sine dubio autem vere poeticum est sollicitudines dici vicinas pernicie: *γείτονες δὲ χηρὸς μέριμναι* neque minus Aeschyleum quam illud quod v. 333. exstat *ἄρπαγαι δέ, διαδρομᾶν δημαίμονες:* rapinae fiunt, sorores discursationum. Ceterum eadem translata significacione vocem *γείτων* usurpatam habes cum apud alios scriptores tum apud Aeschylum Agam. v. 970. *νόσος* [*δει*] *γείτων ὄμότοιχος* nec mirum hoc loco perniciem in universum significari voce *χήρ*, qua v. 758. *χῆρ' ἀφελόντα χώρας* aperte Sphinx communis omnium Thebanorum pernicias significatur. —

A communis calamitatis tristitiaque significacione ad propriam suam sortem deplorandam hoc modo transitum parant virgines v. 315. sqq.

*χλαντὸν δ' ἀριθρόποις  
ἀμοδρόποιν νομίμων προπάροιθεν διαμεῖψας  
δωμάτων στιγμὴν ὁδόν.*

qui locus dicī vix potest quantum negotii fecerit omnibus criticis. Ac primum quidem Hermannus in librorum scriptura acquiescens sic illos versus interpretatus est: deploranda sors est earum, quae carptae ante solemnem ritum, quo vix maturus iumentae flos decerpitur, relicta domo tristem ingrediuntur viam: in quibus non modo frigere *ἀμοδρόπων* cum voce *νομίμων* coniunctum, sed ne recte quidem explicatum esse ab Hermanno verissime iudicavit Prienius. Nec honorificentius iudicandum est de interpretatione Schneidewini, qui Philol. t. V. p. 367. sq. similiter atque Hermannus significari hoc loco contendit virgines modo carptas ante matrimonium, quo viridis recensque flos decerpitur. Quid? quod leporem et salem nescio quem reprehendere idem Schneidewinus sibi visus est in iunctis *ἀριθρόποις* et *ἀμοδρόποιν* adiectivis, quorum prius

passiva esset significatione usurpatum, activa alterum: id quod tantum abest ut verum sit, ut mihi quidem utrumque et ἀριθρόποις et ὡμοδρόποιν languidum et ieenum esse videatur. Etenim nec iustum oppositionem fieri appetit illorum adiectivorum nec virgines sufficit dici modo carpas hoc loco, quo nondum adulta aetate vel crudeliter carpas esse vel simile quid necessario dicendum erat. Quocirca emendatio Ritschelii Mus. Rhen. t. I. p. 143. sq. adiectiva illa corrigentis et simul transponentis hunc in modum:

χλαντὸν δ' ὡμοδρόποις ἀρτιτρόπων  
νομίμων προπάροιθεν κτλ.

aut servata pristina adieclivorum collocatione versus illos sic scribentis:

χλαντὸν δ' ἀρτιτρόπων ὡμοδρόποις  
νομίμων προπάροιθεν κτλ.

sententiae quidem integritate hand mediocriter commendatur, dummodone verba διαμεῖψαι δωμάτων στυγερὰν ὄδὸν de morte virginum cum eodem Ritschelio interpretemur. Sed illud quoque accedit quod verbis ἀρτίροπα νόμιμα vix est credibile significari posse legitimum matrimonium: quam difficultatem ne substituto quidem ἀριθρόπων pro ἀρτιτρόπων expediisse Prienius putandus est. Quemadmodum enim nuptiae nec ἀρτίροπα nec ὡμόδροπα νόμιμα dici possunt, ita etiam ἀρτίροπα dici easdem posse nemo facile sibi persuadeat. Pessimam autem omnium rationem ingressus est Franckenius de antiq. Aeschyli interpret. p. 96., qui vitiosam scripturam ἀρτιτρόποις amplexus cum hanc interpretationem proposuisset: flebile pudicis virginibus ante legitimum matrimonii tempus domum mutare invisa (servitutis) via: omnem vim venustatemque huic loco detrahi passus est. Verissimum enim mihi cum Hermanno videtur ἀριθρόποις contestatum illud non modo libris et scholiis, sed etiam ab Eustathio Opusc. 335, 28: ἐν μετοπώφ οὐ μόνον καινὸν, ἐὰν, ὡς ἡ παροιμία, ἄνθος ἀναρνῆ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν κατ' Λισκύλον ἀρτίροπος διώρα τελέσονται τενγηθῆ. Virgines ἀρτίροποι i.e. modo carptae dicuntur quae v. 344. καινοπήμονες sunt: in eo autem inest gravis earum calamitas fortunaeque acerbitas, quod modo carptae statim in servitutem abducuntur ab hostibus: χλαντὸν δ' ἀριθρόποις διαμεῖψαι δωμάτων στυγερὰν ὄδόν. Exaggerari vero et amplificari hanc imaginem nemo est quin intellegat addita altera eaque fortiore notione, quam ex vitiosa ὡμοδρόπων scriptura una tantum litera mutata sic eruendam esse arbitror:

χλαντὸν δ' ἀρτίροποις ὡμοδρόπων  
νομίμων προπάροιθεν κτλ.

ἀρτίδροποι ὡμοδόπως dicuntur virgines, quae modo et immature carptae sunt nec offensioni esse potest ἀρτίδροποι coniungi cum ὡμοδόπως ab Aeschylo, apud quem constet similia reperiri multa, veluti ut pauca afferam, v. 715. eiusdem fabulae ἐπειδὴν αὐτοκτόνως | αὐτοδάίτοι Θάγωσι et Prometh. v. 948. τὸν πιρῶς ὑπέρπιζον. —

Omnium autem difficillimi criticis visi sunt ultimi eiusdem carminis versus 344—49, quibus miserrima virginum in servitutem abductarum sors describitur. Qui versus cum in omnibus libris sic scripti exstant:

δμωΐδες δὲ καινοπήμονες νέαι,  
τλῆμονες εὐνὰν αἰχμάλωτον  
ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος, ὡς  
δημευοῦς ὑπερτέρου.  
Σλπίς ἔστι νύκτερον τέλος μολεῖν,  
παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίρροθον.

non potest esse dubium quin secundus gravibus vitiis inquinatus sit vel propterea quod ne respondet quidem versui strophicō ab omni depravationis suspicione ut videtur libero: Στρυβολεῖ φέρων φέροντι. Quapropter Hermannus emendato versu antistrophicō totum locum sic scribendum esse censem:

δμωΐδες δὲ καινοπήμονες νέαι  
τλῆμον αἰσιν αἰχμάλωτον  
ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος, ὡς  
δημευοῦς ὑπερτέρου  
Σλπίς ἔστι νύκτερον τέλος μολεῖν,  
παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίρροθον.

addita hac quidem interpretatione: novo dolore iuvenes servae affliguntur, quibus spes est (i. e. exspectandum est) venturum esse miserum captivum nocturnum officium viri victoris, ut gravioris hostis (vel ut gravioris hoste), adiuvans atque angens lacrimas. Quam interpretationem ut duram atque inficetam iure quidem improbavit Welckerus l. c. p. 189. sq., sed ipse cum librorum scripturam intactam reliquisset, nisi quod pro ὡς cum Butlero αἰς scripsit, nec metricam difficultatem v. 345 removit et in interpretando verbo εὐτυχοῦντος falsus est. Verbo enim εὐτυχοῦντος non posse simpliciter dici opulentum vel felicem et meliorem esse servae condicionem in opulentī quam in

pauperis domo recte iam perspexerat Hermannus. Sed ab Hermanno quoque perperam intellectum esse cum totum locum tum captiosum illud εὐτυχοῦντος probabilis Prienii sententia est, cum verba ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος et δυξμενοῦς ὑπερέργου ut idem fere significantia ita coniungi ὡς particula nequeant, ut unum altero expleatur et amplificetur. A Prienio autem ipso permirum est omnino praetermissam esse explicationem verbi εὐτυχοῦντος, quod caput rei erat. Ceterum in emendanda priore parte enunciati ita versatus est Prienius, ut τλήμονες glossema pristinae scripturae τλαταί, εὖνάν autem veram scripturam esse diceret totumque locum sic scribebat:

δμωίδες δὲ καινοπήμονες νέαι,  
τλαταὶ εὖνὰν αἰγμάλωτον  
ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος, ὡς  
δυξμενοῦς ὑπερέργου  
ἔλπις ἔστι νίκτερον τέλος μολεῖν,  
παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίρροθον.

in quibus mihi utrumque et τλαταὶ et εὖνάν quod ne convenit quidem cum versu strophicō, falsum videtur. Proficiscendum autem est ut dicam quod sentio in emendandis his versibus a verbo εὐτυχοῦντος, in quo quasi in cardine omnis difficultas vertitur. Quod si verbo εὐτυχοῦντος significari hoc loco statuimus eum qui aliquid feliciter nanctus sit, sane quam probabilis totius loci emendatio tanquam sponte se offert. Pro τλήμονες enim nemo non videt scribendum esse τλήμον', pro εὖνάν autem εὖνιν, ut totus locus sic pristino nitori restituatur:

δμωίδες δὲ καινοπήμονες νέαι  
τλήμον' εὖνιν αἰγμάλωτον  
ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος, ὡς κτλ.

interpretandus autem sit hac ratione: iuvenes servae novo dolore affliduntur hoste miseram, captivam sociam tori feliciter nancto: exspectandum enim est venturum esse nocturnum officium hostis victoris, augens dolores lacrimarum plenos. —

Reliquos huius stasimi locos corruptos fatendum est et sagaciter investigatos et ingeniose emendatos esse ab Hermanno, nisi quod emendationi v. 296. ἄταν, δίψο-  
πλον ἄταν alteram emendationem κάπαν, δίψοπλον ἄταν ab ipso quoque Hermanno com-  
mendatam preferendam esse cum Prienio contenderim. Deinde quos hypercataleptos doch-  
mios ab initio versus statuit Hermannus v. 329 et 340,

πρὸς ἀνδρὸς δ' ἀγῆρ ἀμφὶ δορὶ καίνεται·  
κυρήσας πικρόν γ' ὅμμα Θαλαμηπόλων·

eos ut inusitatos removere facile possis aut hac eleganti emendatione Prienii:

πρὸς ἀνδρὸς δ' ἀγῆρ σὺν δορὶ καίνεται·  
πικρόν γ' ὅμμα κύρσας Θαλαμηπόλων·

aut id quod malim, ascita paullo leniore emendatione Ritschelii in ephem. litt. Jenens. a.  
1830 m. Febr. p. 204. haec conicientis:

πρὸς ἀνδρὸς δ' ἀγῆρ δόρει καίνεται·  
κύρσας πικρὸν ὅμμα Θαλαμηπόλων·

namque nec ἀμφὶ nec σὺν nec Robortellianum ἦπό quod temere arripuit Wellauerus,  
in ullo exstat codice. Reliquum est ut dicatur de lacuna v. 300., quae nescio an pro-  
babilius et versui strophico convenientius reiecto Prieniano supplemento πρεπτοὶ expleri  
possit hoc modo:

[στρατοῦ] τε στάθητ'

Scr. Conicci m. Jun. a. MDCCCLV.